



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

234 Rerum profanarum & spiritualium vel spiritualibus annexarum
discrimen in commerciis faciendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

& limitationibus regeretur atq; coërceretur; inter quas est & hæc ne leuibus vnquã de causis permutatio beneficiorum vel vlla profus alia resignatio permittatur: vt in Ecloge Bullarum & Motu-propriorum Pij quarti, Pij V. & Gregorij XIII. Lugduni apud Carolum Pefnotium anno Domini 1582. edita videre est pag. 79. & rursus pag. 94. Facit ergo sola materiã contractui subiectã varietas, vt nunc admittantur conditiones & leges nunc nõ admittantur. Prophanã quidem res in commercium veniunt sub quibuscumque legibus atque conditionibus, res autem sacrã sanctã religiosã non veniunt in commercium per sese, sed si quando super iis iure quodam singulari contractus aliqui permittantur, non nisi certis id limitibus conceditur, vt in beneficiorum permutacione passim declarauimus. nẽpe, permutacionem quidem beneficiorum fieri posse, sed absque pactis vllis permutantium, solius nutu collatoris ordinarij. Quocirca nisi Bonifaciana foret hæc ipsa Constitutio, cum Clementina, clausulã nullã salutare possent vel Expectantes istos excludere, vel collatores ordinarios à collatione libera siue quibuslibet aliis quã permutantibus faciẽda prohibere; quantumlibet centies millies dixissent in resignando protestatiq; fuissent hi permutaturi, *Non aliter nec alias nec alio modo.* Verũm, post huius benignissimã beneficentissimãq; Constitucionis Bonifacianã promulgacionem, postq; Clementinã, nihil est inter permutaturos

234
Rerũ prophana-
narum & spi-
ritualium vel
spiritualibus
an exarum
discrimen in
commercis
faciendis.

235
Clausula sa-
lutaris in be-
neficis per-
mutãdis quo-
tidiana.

hac